

bilis à centro ad usq; superficiem sensim adhærescens accreuerit, & hepatis feroore in eam soliditatem dura ta fuerit.

Eximij atq; clarissimi viri D. Bade horni Iurisconsulti, hodie cōsulis Lipsensis, frater (cui Materno nomen, quo ego familiarissimè vsus fui) summo ingenio adolescēs, (forma ac specie liberali, animo lāeto atq; alacri, in omnibus rebus comis & perquām humanus, moribus quoq; compositis & temperatis) in Italiā studiorū cau sa proficiscitur, indeq; domum reuer sus, queri sensim de Stomachi & hypochondrij dextri torsionibus, nec non de nauseā molestia cœpit. Erat enim ἄποφθηται, & alio semper strictiore, quæ symptomata somno ipsum priuabant, vnde & membrorum corporis laßitudinem, & mœrorem, & melācholicas affectiones, tabē quoque consequi necesse fuit: quibus malis miser tantisper infestabatur, donec